

Johann Gabriel Pries


**Canonicam Librorvm V. T. Avctoritatem Ex N. T. Canone Probat : Simulqve Ad
Gloriosissimvm Natalem Serenissimi Dvcis, Principis, Ac Domini, Domini
Friderici. Dvcis Regnantis Megapolitani ... Domini Nostri Clementissimi,
Sollemnioribvs Pvblicisqve Orationibvs In Gymnasii Avditorio Maiori Die IX.
Novembr. A. R. S. MDCCLXXVI. Pvblica Celebrandvm Pietate ... Invitat**


Rostochii: Litteris Adlerianis, [1776]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn881279145>

Druck Freier  Zugang







Preis.



R. 421



Faint, illegible handwritten text in brown ink, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

3
CANONICAM LIBRORVM V. T. AVCTORITATEM
EX N. T. CANONE PROBAT,

SIMVLQVE

AD GLORIOSISSIMVM NATALEM
SERENISSIMI DVCCIS, PRINCIPIS, AC DOMINI,

DOMINI
FRIDERICI,

DVCIS REGNANTIS MEGAPOLITANI,
PRINCIPIS VETVSTAE GENTIS HENETAE, SVRINI AC
RACEBVRGI, COMITIS ITEM SVRINENSIS, TERRARVM
ROSTOCHII AC STARGARDIAE
DYNASTAE,

DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI,

SOLLEMNIORIBVS PVBLICISQVE ORATIONIBVS
IN GYMNASII AVDITORIO MAIORI
DIE IX. NOVEMBR. A. R. S. cIoIo cclxxvi.

PVBLICA CELEBRANDVM PIETATE,

MAECENATES ATQVE FAVTORES
CRESCENTIS IN SPEM PATRIAE IVVENTVTIS
SVM MOS OPTIMOS

EO, QVO DECET, HONORIS ET OBSERVANTIAE CVLTV

INVITAT

M. IO. GABR. PRIES,

DVCALIS GYMNASII GVSTROVIENSIS RECTOR.



ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.

CANONICAM LIBRARIAM V. T. AUGUSTINIANAM

DE N. T. CANONIS LIBRARIAM

SI VAVO

AD GLORIOSISSIMUM NATALUM
SERENISSIMI DUCIS, PRINCIPIS, AC DOMINI

DOMINI

FRIEDERICI

DUCE, REGNANTE MEGROCLITANI
PRINCIPIS TERRARUM GENTIS HONORIS, SERENISSIMI AC
KATHAROL. COMITIS ITEM SERENISSIMI, TERRARUM
KOSTOCHI AC SARRAGORDI
DYNASTAE.

DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI

CONMEMORATIONIBUS KYRIELISQUE ORATIONIBUS

IN GYMNASII AUDITORIUM MAIORI

DIE IX. NOVEMB. A. R. S. CL. 1834.

PHILIP. GELMANNUS ROSTOCH.

MAGISTRATUS ATQUE PRAELECTOR

ORATORIS IN SPEM PATRIAE INVENTIVIS

SVMOS OPTIMOS

NO, QVO DECT, HONORIS ET OBSERVANTIAE CETERA

INVIAT

M. IO. GARR. PRIES

PHILIP. GYMNASII OSTROVENSIS RECTOR



WESTOCHT

PHILIP. GYMNASII MAIORIS



Si Scriptura S. a Deo generi humano eo consilio est data, ut sit fidei nostrae principium unicum, adaequatum, atque Catholicum, et vitae sanctae religiosaeque norma; per singularem de ea Dei curam et providentiam fieri non potuisse arbitror, ut ex utriusque T. Canone ullus liber sit eiectus, a Deo inspiratus, aut alius, ab humano tantum ingenio profectus, in eum coopertus. Sublata enim singulorum utriusque T. librorum, quos Spiritus S. afflatu esse conscriptos, ecclesia Iudaica, ac Christiana quondam recte credidit, auctoritate, omnis totius Scripturae S. certitudo, et religionis reuelatae veritas, quae Prophetarum et Apostolorum testimoniis sola est innixa, Ephes. II, 20, 21. non modo corruat, sed et via simul ad Naturalissimum aut religionis Indifferentissimum aperiatur, est necesse.

A 2

Omni

4

Omni tamen tempore fuerunt nonnulli viri eruditi, qui libro-
rum vtriusque T. sacrorum numerum mox augendo, teste Fa-
bricio in Pseudepigrapho V. T. et in codice Apocrypho N. T.
mox minuendo, operam dederint. Theologi Pontificiae eccle-
siae addicti, in concilio, Tridenti habito, libris Apocryphis,
quos ecclesia Iudaica antiqua, ac hodierna non in maiori habet
pretio, quam nos alios profanos, canonicam tribuerunt digni-
tatem. In ecclesia nostra Lutherana hodie quoque, quod gra-
uiter dolendum esse arbitror, non desunt, qui, vt facilem et
planam ad Naturalismum sibi aliisque faciant viam, non pau-
cos libros, ex vtroque canone, sic V. T. quinque Mosis libros,
librum Ruthae, Estherae, Esdrae, Nehemiae, Chronica, librum
Iosuae, Iudicum, Samuelis, Regum, Canticum canticorum, et
N. T. euangelium Matthaei, Marci, Lucae, epistolas Pauli ad
Corinthios, ad Galatas, ad Thessalonicenses, ad Philemonem,
Petri et Iudae litteras, et Ioannis apocalypsin exterminent, et,
quo facilius omnis Scripturae S. certitudo impugnetur,
modo haec modo alia capita ex iis libris, quos modo diui-
nos esse putant, repudianda esse censeant. Quae res in eccle-
sia Calviniana cuidam Theologo celeberrimi nominis tanti mo-
menti est visa, vt ad Euangelicorum corpus in imperii Comi-
tiis, quae Ratisbonae coguntur, nonnullis abhinc mensibus
eam deferret, ibique, ac si omnis Protestantium ecclesia in sum-
mo iam esset periculo, sanctioris doctrinae praesidium quaere-
ret. Laudandus vtique est animus pius, veritatisque cupidus,
in rebus tamen sacris defendendis, pietas cum prudentia et mo-
destia coniuncta plaris est habenda. Theologorum enim est,
vt Christi, eiusque amicorum, qui erant mitis et placidi inge-
nii, exemplum sequantur, atque errores ab illis, qui errant,
probe discernant, ne in dicendo vero dissentientium indigna-
tionem exagitent. Res, quae disceptatur, non est nostra, sed
Christi, optimi ecclesiae suae statoris et tutoris, qui inter gra-
uissimas vexationes istius curam gessit, seque ad orbis terra-
rum interitum, eam gesturum promisit, Matth. XVI, 18.
XXIV, 35. XXVIII, 20. Non est ergo, quod nos classicum
eanamus. Si vero nobis cum Scripturae S. aduersariis est con-
sistendum, ea, quae verbum Dei nobis offert, modo capia-
mus

mus arma. Facilis est ad Hebraicum canonem vindicandum ratio, si quis Christi, eiusque discipulorum aetate nec plures nec pauciores libros in eodem fuisse, quam quot hodie Iudaei et nos in illoprehendimus, primum prober, et deinde, omnes hos libros a Christo et a N. T. scriptoribus pro diuinis esse habitos, solide euincat.

Ante Christi memoriam ob gentis Iudaicae Prophetas, qui libros profanos ab inspiratis probe distinguendi facultate satis erant instructi Numer. XII, 8. 2 Sam. XXIII, 2. Ps. XLV, 2. Ierem. I, 9. et ob indefessam Masoretharum ac magnae Synagogae in singulis codicis sacri vocibus ac litteris numerandis, variisque lectionibus, aut, si mauis, Parallelismis colligendis industriam atque labores fieri plane non potuit, ut V. T. canon ulla ratione sit corruptus, mutilatus, aut ullus liber ex eo proscriptus, aut alius in eiusdem locum successerit. 1) Sed haec omittamus, et temporis, quo Christus eiusque Apostoli floruerunt, rationem habeamus. Duae tum erant inter Iudaeos sectae nobiliores, quarum altera erat Sad-

1) Diuinam canonis V. T. auctoritatem ex Theocratia Iudaica nouissime probare studuit Mart. Fridr. Piriscus clariss. Prof. Hamb. Laudatur eius libellus in commentar. publicis et litterariis, quibus titulus est: Hamburg: Correspondent, mensis Octobri huius anni emissis sequentem in modum: Wir haben selten eine Schrift gelesen, die so, wie diese, den Ton der bittern Wiederlegung vermied, und von den zum Theil sonderbaren Begriffen anders denkender mit so viel Glimpf und Mäßigung spräche; ein Betragen, das der Wahrheit allemahl mehr Sieg verschafft, als der Polemische Geist der Ketzermacher. Prodierrunt quoque hoc anno D. I. R. A. Piderit supplementa ad defendendum Scripturae S. canonem. Est in ea vir S. R. sententia כהנא et רבך non esse varias codicis sacri lectiones, sed potius loca Parallela a Masorethis collecta, qua in re a Buxtorffis et multis aliis discedit. Recensent haec Auctores actorum litterariorum, quae Gryphiswaldiae eduntur. Laudibus quidem Eum ornarunt clarissimi illi Auctores, animi modesti et humanitatis famam diu consequuti, sed, quod dolemus, his pag. 253. finiunt verbis: Ob der Recens. gleich selbst nicht solche hohe Gedanken von dem Kennikottischen Bibelwerk hegt, als andere, auch manche neuere Versuche gegen die h. Schrift misbilliger;



ducaeorum, altera Pharisaeorum. Illi apud proceres, hi apud populum quam plurimum valebant gratia atque auctoritate. Grauiſſimae inter eos de rebus, ad cultum diuinum pertinentibus, erant diſſenſiones. Sadducaei nullum mortuorum ad hanc vitam eſſe reditum, nullas poſt corporis noſtri interitum poenas eſſe extimeſcendas, nullaque praemia eſſe ſperanda opinabantur. Aduerſabantur hiſce Pharifaei. Addebant tamen legi ſcriptae a Moſe aliam, ore traditam, quam Sadducaei ſpernebant. Erat quoque inter illos de legis ſenſu diſceptatio. Duplicem enim quum Pharifaei in codice ſacro quaererent ſenſum, alium obuium, et verborum, alium reconditum, et rerum; Sadducaei nihil tradere legem praecipiebant, praeter id, quod per verba ſignificatur. Hae licet factiones de tanti momenti rebus inter ſe decertarent, haud tamen librorum ſacrorum cauſſa, ſeſe iniuriis vexaſſe leguntur. Vtebantur potius eodem templo et eadem Synagoga, iisdem interſuerunt ſacris, iisdem muneribus, imo ſacerdotiis adhibiti ſunt in publicis conuentibus Iudaeorum religioſis, in quibus Pentateuchus et Prophetarum ſcripta legebantur, vna aderant Sadducaei, et Pharifaei. Si igitur quibuſdam modo e canone libris eum Sadducaei honorem tribuiſſent, quo Pharifaei omnes et ſingulos excipiebant, nullus illis aditus ad templum, atque ad Synagogas patuiſſet, ſed id erat verendum, ne populus, auirae religionis tenaciſſimus, qui Pharifaeorum partes fouebat, omni ſacrorum commercio illis interdixiſſet, eoſque tanquam homines, peſtiferis opinionibus corruptos e templo et Synagoga eieciſſet, quid! quod, ad grauiſſimum duci ſupplicium iuſſiſſet. Sed Pharifaei, qui ad famam aduerſariorum


conta-

ſo bedauert er doch, daß ein D. Theol. Prof. Prim. und Gelehrter von den Jahren, als Herr Piderit, nicht, ohne ſo vielen andern ebenfalls würdigen Gelehrten ſchnöde zu begegnen, ohne ſich in unanſtändige Spötereien einzulaſſen, und ohne die Achtung, die man ſich in der gelehrten Welt ſchuldig iſt, aus den Augen zu ſetzen, ſchreiben kann. Durch Spotten und Schimpfen, durch kurz und gut: Kopf ab! rufen, durch Aufforderung des weltlichen Arms, iſt nie Wahrheit und Licht in die Welt gebracht, wohl aber dieſelbe mit Blut und Nacht bedeckt worden. Und dafür behüte uns lieber himmlifcher Vater!

contaminandam nodum in Scirpo alias quaerebant, Saddu-
caeis numquam obiecerunt, quod nonnullos Scripturae S. li-
bros diuino impulsu atque iussu esse consignatos, negaverint 2).
Legebantur tunc temporis a Iudaeis libri quoque Apocryphi,
quorum nonnullos hebraice esse scriptos, inter eruditos satis
constat. Pharisei tamen ad suas traditiones probandas hunc
aut illum ex iisdem in suum assumendi canonem, *consilium*
non inierunt. Et si grex ille Fanaticus, et ad superstitionem
procliuus, inire voluisset, dubitari non potest, quin Saddu-
caci, ipsorum inimici, omne studium irritum fecissent. Unde fit,
vt nec Christus nec eius amici, qui multa, licet leuioris mo-
menti, in his habebant vituperanda, vtramque sectam huius
impietatis, et criminis, in V. T. Canonem admissi, vnquam
in simulauerint.

Canon hic, quo Christus eiusque amici sua aetate sunt vsi,
ad nostra quoque tempora sine vlla corruptela peruenit, et, siue
eius

- 2) In errore versantur, qui Sadducaeos, aequè ac Samaritanos sacrorum
librorum numerum mutilasse, ac solos quinque libros Moïsi admisisse,
cum Hieronymo contendunt. Iosephus Sadducaeos *πάντα τὰ γε-
γραμμένα* amplexos esse dicit, *ταὺς δὲ παραδόσεις ἀγράφους* re-
iecit. Certe Act. V, 17. pontifex fuit Sadducaeus, nam *οἱ σὺν αὐτῷ*
erant Sadducaeï. Si enim pontifex eiusdem sectae non fuisset, non eos
sibi adhibuisset. Atqui esse Hierosolymis pontificem, qui solam legem
seruaret, cetera scripta Prophetica reiceret, tam ridiculam est credere,
quam certum est, numquam contigisse. Legebatur in synagogis pri-
mum *הַפְּסָקִים*, deinde adiicitur ex Prophetis *הַפְּסָקִים*. Credemusque
Sadducaeam, aut illius lectioni noluisse interesse, aut ipsum noluisse le-
gere, si fors aut locus, aut orbis lectionum postulabat, vt ipse legeret?
Retulit haec Ioseph Scaliger in Elench. Trihaeres. Nic. Serarii, pag.
416. Sadducaeos non reiecit praeter libros Moïsi, sacri codicis ce-
teros, discimus nos quoque ex disputatione cum R. Gamaliel, cuius
mentionem fecit R. Lipmannus in libro nefando Nizachon. Saddu-
caei quaesivere, quomodo e scripturis resurrectio mortuorum probari
possit? R. Gamaliel primum probat ex lege Moïsi Deuter. XI, 21. —
— Dehinc addit R. Gamaliel Prophetam Esai, XXVI, 19. et
ex Hagiographis Daniele XII, 2. Confer. Theodor. Hackspan in
Libr. R. Lipmanni Nizachon p. 228.



eius triplicem diuisionem in legem, in Prophetas et Hagiographa, siue librorum sacrorum numerum spectes, plane idem est, qui hodie est in Christianorum et Iudaeorum manibus. Non opus hic nobis est testimoniis Iosephi, qui aetate Apostolorum erat in viuis, contra Appionem lib. I. edit. Hauerkamph Tom. II. p. 441. Scriptorum Talmudicorum, aut Patrum ecclesiae Christianae, qui post Christum natum ad quartum vsque seculum floruerunt 3). Clarissimum huius rei argumentum peti potest ex N. T. canone. Sic enim Christus ad triplicem codicis sacri diuisionem Luc. XXIV, 44. respicit, vbi Psalmorum, qui inter Hagiographa primum tenent locum, ideo fit mentio, quod in illis de Christo copiosiora sunt uaticinia. Et sic quoque primus et postremus totius Canonis liber Genesis scilicet, et posterior liber Paralipomenon XXIV. commemorantur a Matth. XXIII, 35. Quod autem ad librorum numerum attinet, citantur quam plurimis N. T. locis libri Mo-
 sis Io. V, 46. 47. Act. XXVI, 22. etc. Iosua, Ebr. XI, 30. 31. XII, 5. Iudic. Ebr. XI, 32. lib. Ruthae, Matth. I, 5. 6. Luc. III, 37. Samuelis, Matth. XII, 1—4. Reg. Luc. IV, 25—27. Act. VII, 41. Rom. XI, 2—4. Iac. IV, 17. 18. Chronic. Matth. XXIII, 35. Act. VII, 4—8. XVII, 24. Iob. Iac. V, 10. II. I Cor. III, 19. Rom. XI, 34. Psalm. Matth. XXII, 23. Act. I, 16. etc. Prouerb. Salom. Rom. XII, 20. 2 Petr. II, 22. Iesai, Matth. I, 23. III, 3. XIII, 14. Rom. IX, 27. 29. 33. Ierem.

- 3) Singularem ego quidem de utroque canone Scripturae sacrae miror Dei prouidentiam, qui testimonia Patrum hac de re temporis iniuria periisse, non passus est. Patres vero sunt Melito, qui Imperatori M. Antonino, Christianos crudelissime vexanti, libellum pro iis Apologeticum tradidit, et epistolam scripsit ad Onesimum fratrem, catalogum librorum V. T. continentem, quae integra exstat apud Eusebium in Hist. Eccles. Libr. IV. C. 26. Origenes, cuius aetas incidit in saeculum tertium, et cuius testimonium de canone legitur apud Eusebium l. c. L. VI. C. 25. Epiphanius ex saeculo quarto in eius Opp. Coloniae 1672. iuxta Parisinam Petauii editionem adornatis Tom. II. pag. 161. et Hieronymus in Oper. Tom I. pag. 1669. Non negari quidem potest, non eodem ordine libros Scripturae s. ab omnibus Patribus recenseri, nullum tamen ex iis, quos nos hodie habemus in canone V. T. ab illis omissum esse, vnusquisque fatebitur.

9

Jerem. Matth. XI, 29. XXI, 13. 1 Cor. I, 31. Heseck. Io. X, 12. Dan. Matth. XXIV, 15. 16. Hof. Matth. IX, 13. Rom. IX, 25. Ioel. Act. II, 17. Amos. Act. V, 25, 26. Io. VII, 42. Habac. Rom. I, 17. Hagg. Ebr. XII, 26. Zach. Matth. XXI, 5. XXVI, 31. Io. XII, 15. Malach. Luc. I, 17. Matth. XI, 12. 14. Non ignoro, in hoc catalogo nonnullos V. T. libros deesse. Sed id non ideo in magno discrimine ponendum est, quod nunquam Iudaei a Christo, eiusque Apostolis leuitatis ac incuriae de Canone sunt accusati. Et quis est, qui non ex doctrinarum consensu, et ex historia, et satis populi Iudaici intelligat, eundem honorem libris V. T. non citatis in N. T. esse adscribendum, quem nos iis damus, qui a scriptoribus N. T. sacris allegantur?

Dixerit quispiam: In utroque canone multorum librorum mentio iniicitur, consequens ergo est, ut tradant oracula diuina. Tradunt, inquam, si eos partem canonis Iudaici, aut Christiani constituere, satis constat. Epistola Pauli ad Laodicenses, Coloss. IV, 16. est ex vrbe Laodicensium ad Apostolum scripta, sicuti Corinthiaca ecclesia eiusmodi litteras dederat 1 Cor. VII, 1. Euangelium Pauli 2 Tim. II, 8. est aut euangelium Lucae, aut ipsa euangelii doctrina. Tertia epistola Pauli ad Corinthios 1 Cor. V, 9. non differt a prima, quum εν τῇ ἐπιστολῇ respondeat εν τούτῳ. Allegatur a Matthaeo XXVII, 9. vaticinium Ieremiae, quod legitur apud Zachariam XI, 12. Librarius enim errore Ζεβς (ita per compendium erat scriptum) i. e. Ζαχαρίας nomen in codice suo inueniens, Iphis i. e. Ιεζεκιελ scripsit. Libri Apocryphi nullibi citantur in N. T. Locus ille Rom. XI, 34. rectius refertur ad Ies. XL, 13. quam ad libr. Sapient IX, 13. Aratus, Menander ac Epimenides Act. XVII, 28. 1 Cor. XV, 33. Tit. I, 12. ne nominantur quidem a Paulo. Sequitur hac in re scriptores V. T. qui profanos libros. v. g. Samuelis de iure regni 1 Sam. X, 25. Nathanis, Achiae, et leedo 2 Chronic. IX, 29. Choazi 2 Chronic. XXXIII, 19. Chronicorum Regum Mediae, et Persiae, Esther X, 1. 2. Thronorum Ieremiae de Ioschiahu 2 Chron. XXXV, 25. in rei, de qua scripserunt, fidem aduocarunt. Sed si Christo
B eiusque

eiusque Apostolis de V. T. canone est sermo, istorum librorum collectionem indicant, quos antiqua ecclesia Iudaica impulsu diuino conscriptos esse, sibi persuasit. Illi in re seria, et ad religionem, adeoque ad aeternam hominum salutem pertinente, iocari, rotamque Scripturam S. pro deridiculo, et delectamento habere mihi videntur, qui, Christum et Apostolos sese ad populi, ad quaenis credenda proueni, ingenium, eiusque errores de canone accommodasse, contendunt. Quum enim Christus non modo fuerit Prophetarum optimus maximus Luc. IV, 24. Matth. XIII, 57. XXIII, 37. Luc. XI, 31, 32. adeoque illuminatione et inspiratione praeditus, Io. VII, 16. III, 34. VIII, 26. sed et eius Apostoli, si fungerentur suo munere, siue caelestes annunciarent doctrinas, siue eas litteris commendarent, a Deo sint inspirati, Matth. X, 19. 20. Marc. XIII, 11. Luc. XII, 11. 12. Io. XIV, 16. 17. 26. et Prophetarum atque Patris legatorum nomine insigniti, Matth. XI, 9—11. Io. XX, 21. nemo dubitabit, quin iudicium, quod de V. T. canone ferunt, sit rectum, iustum atque verissimum.

Duo locorum N. T. genera hic imprimis sunt notanda. Alterum complectitur ea loca, in quibus librorum V. T. canonicam auctoritatem Christus et Apostoli diserte confirmarunt, alterum comprehendit ea, quae argumenta pro veritate religionis Christianae ex V. T. canone afferunt. De singulis modo breuiter dicam. Locum omnium clarissimus exstat apud Ioannem V, 39. Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς. Occurrit vox in numero plurium in multis N. T. locis. Matth. XXI, 41. XXVI, 54. Act. XVII, 2. pro qua saepius adhibetur γεγραπῶν, ἐστὶ γεγραμμένον, καθὼς ἐστὶ γεγραμμένον, ἀπάντων τὰ περὶ αὐτῶν γεγραμμένα, Matth. XXVI, 31. Luc. VII, 27. Io. VI, 31. I Cor. V, 45. 2 Cor. VIII, 15. Rom. III, 19. Act. XIII, 29. vnde patet, sermonem his in locis esse de toto Canone Iudaico, seu de omnibus libris, quorum catalogum modo exhibuimus. Quum igitur Christus laudet assiduam Iudaeorum industriam, qua Canonem in suis scholis ideo legebant, ut inde Dei decreta de ratione salutis aeternae consequendae cognoscerent, simul ipsorum sententiam de sacris libris hoc loco confirmat.

Quod

Quod sane fieri non potuisset, si aut ipse, aut populus ea de re dubitasset. Alter locus deprehenditur apud Matth V, 17. 18. Particula ἀμήν, quae apud Ebraeos iurisiurandi vim habet, ut docet Wagenfeil. in Sora p. 379, in N. T. quidem non proprie denotat iuramentum, cuius loco scriptores vsurpant *καὶ*, et ἀληθῶς Luc. XI, 51. XXI, 3. Matth. XXIII, 36. Marc. XII, 43. Est tamen asseueratio grauissima, quae ob dignitatem personae loquentis aequipollet iuramento. Christus itaque sanctissime asseuerat, se non eum in finem venisse, ut abroget religionem, in canone, seu in scriptis Mosis et Prophetarum expositam, sed ut religio, quam ipse praedicaret, potius sit libris ecclesiae Iudaicae diuinis nixa. Vnde intelligitur simul ratio, quam ob rem discipuli Christi Romanos et Graecos, litterarum sacrarum, seu canonis Iudaici rudes et ignaros in suis epistolis, quas ad hos populos, Deorum cultui deditos, scripserunt, ad librorum V. T. lectionem commouerent. Et ut idem Christi iudicium de Hagiographis innotescat, adiungam locum ex Matth. XXII, 41. sqq. Quaestionem maximi momenti Christus proponit, cuius filius sit Messias? Recte ex Ps. CX. Pharisei respondent: Dauidis. Tum reponit: Quomodo Dauid eum in spiritu vocat dominum? Quis hic spiritus sit, cuius instinctu Dauides sit vaticinatus, intelligimus ex 2 Sam. XXIII, 2. et ex 1 Cor. XII, 3. vbi dicitur Spiritus Dei et Spiritus sanctus. Et hoc iudicium de canone Christus confirmat Io. X, 34. 35. cuius loci interpretatio haec est: Nonne in vestra lege (Psal. LXXXII, 6.) scriptum est? Ego dixi: Dii estis. Si illa sententia affecit eos, ad quos sermo Dei factus est, scriptura iure reprehendi nequit. Quid hoc loco denotat νόμος? Non Pentateuchum, inquam, sed canonem Iudaicum. Sic enim Paullus Rom. II, 12. ἀνόμους i. e. nulla vsi scriptura Iudaeorum sacra, et sic Io. XV, 25. coll. Psal. XXXV, 19. LXIX, 5. Christus itaque verbis: Πρὸς ὅν ὁ λόγος τῆ Θεοῦ ἐγένετο, scriptores V. T. a Spiritu Dei agitados esse, dilucide restatur. Denique locum Luc. XVI, 31. silentio non praeterire possum. Ibi enim Christus omni adseueratione affirmat, tam clara, certa, et indubia esse in Canone V. T. reuelationis diuinae



nae signa, ut is, qui a Deo e morte ad vitam reuocaretur, et iussu diuino homines impelleret ad vitam emendandam, non maiori fide et assensu dignus haberi possit. Progrediamur ad alteram dictorum N. T. classem, quibus Christus doctrinae suae argumenta ex V. T. assumit. Cum Phariseis disputans de diuortio, ad diuinam coniugii institutionem recurrit, Matth. XIX, 4 seqq. Doctrinam de mortuorum resurrectione contra Sadducaeos vindicat ex Mosis libris. Matth. XXII, 29. Obsidionem et excidium urbis sanctae praedicit verbis Danielis Matth. XXIV, 15. quem vatem nominat, licet inter Hagiographa eius vaticinia locum habeant. Et tandem res quascunque aduersas, quae ipsi acciderint, non sine nutu diuino euenire, sed a Prophetis in canone esse praedictas, nos docet. Matth. XXVI, 54. XXI, 42. Luc. XVIII, 31.

Hanc sui magistri sententiam de canone Iudaico Apostoli et amici Christi approbarunt, nec vllibi eidem contradixerunt. Quid clarius est Pauli oraculo 2 Tim. III, v. 16? Respicit Apostolus ad v. 15, vbi scribit, quod Timotheus a puero didicerit τὰ ἱερὰ γράμματα, i. e. V. T. canonem. Notandum est, quod vox γραφή sine articulo in N. T. modo significet quemcunque librum, et vox θεόπνευτος rectius trahatur ad subiectum, quam ad praedicatum. Deest particula copulatiua καὶ in nonnullis codicibus. Omittunt eam, scribit Iohannes Millius, Barb. I. Clem. Alexadrin. Vulg. Syr. Arab. Ambros. Scholiast. tit. Hieron. Theodorus Mopsuest. recte Facundo l. 3. c. 6. Omisit et eam b. Lutherus in sua translatione. Interpretatio igitur totius commatis est haec: Quisquis liber, a Deo inspiratus, siue sit in V. T. canone, siue a me, aut ab alio Apostolo conscriptus, recte adhiberi potest ab ecclesiae Christianae doctore, ut instituat rudes, ut conuincat in errore versantes, ut ab impietate ad studium recti et virtutis reuocet, et contumaces in ordinem redigat. Quid Paulus per τὰ λόγια τῶ θεοῦ, eloquia Dei, quae instar thesauri populo Iudaico sunt credita, Rom. III, 2. indicare voluit? Nonne V. T. canonem? Ad quam gentem Deus locutus est, primum

primum per Prophetas, et tum per filium suum Ebr. I, 1. Nonne ad Iudaeos? Abundat Scriptura N. T. eiusmodi testimoniis. Ebr. III, 7. I Petr. I, 10 — 12. 2 Petr. I, 19. 20. 2 Cor. IV, 13. Act. XVIII, 25. Abundat denique argumentis ex libris V. T. petitis, quibus nostra religio Christiana stabilitur. Act. II, 16. 28. III, 22. 24. IV, 25. XVII, 11. XVIII, 24. 28. Rom. III, 10. IX, 25. 27. 29. X, 5. II. 16. XV, 4. I Cor. X, 12. 2 Cor. VI, 16. 17. Gal. III, 8. I Tim. V, 18. Iac. II, 8. IV, 5. 6. Et hoc quoque mihi semper notatu dignum est visum, quod Apostoli libros Iudaicae ecclesiae, a qua saepius dissentiebant, sacros in ecclesiam Christi iam sua aetate induxerint. Dic, quaeso, quae huius rei ratio, eaque modo probabilis, reddi possit, si Apostoli de auctoritate librorum V. T. canonica vnquam dubitassent, aut eam negassent.

Ex hoc canone, cui satis praesidii inest contra Antiscripturarios nostrae aetatis insultus, discimus nos, et alios docemus, quantum Optimo Principi ac Patri patriae, Duci summo, FRIDERICO, sicut omni, ita imprimis eo, qui IPSI dedit vitam, die, quoties nobis illuxit, debeamus. Iam Musae nostrae sacra parant, communis laetitiae et pietatis interpretes. Supplices ad Deum O. M. tendent manus, et eum precabuntur, ut IPSI, et per IPSVM nobis quaevis prospera ac fortunata contingant. Crastinum igitur diem panegyri illa publice celebrabunt quatuor multae magnaeque spei iuvenes. Nam

- I) CHRISTIANUS IOANNES FRIDERICUS DÜWEL, Roggow-Mecklenb. de discrimine inter principes, quos admirantur, et quos amant eiues, Teutonicam orationem habebit.
- II) HENR. AUGUST. MATTHIAS, FRIDERICUS, ANDR. DAVID BIRCKENSTAEDT, Granzino-Megapolit. Plinii secundi ex Panegyrico C. 55. verba: bona principis fama non imaginibus, et statuis, sed virtute et meritis prorogatur, Gallica lingua interpretabitur.


III)





III) BENEDICTUS IOANNES DAVID BLANDOW, Ware-
nienſis, de principe pio et felice, lingua Quiritium dicet.


IV) IOANNES FRIDERICUS CHRISTIANUS VIERECK,
Dobberſen-Megapolit. Horatii verba libr. I. Ep. 6:
Nil admirari, prope res est vna, Numici,
Solaque, quae poſſit facere et ſeruare beatum,
carmine Germanico vberius exponet, et precibus pro
ſalute Ducis noſtri Sereniſſimi, et totius domus Ducalis
felicitate et proſperitate finiet.

Conuenite vero, quibus haec traditur tabella, Viri, generis,
munerum, meritorum, litterarum etiam elegantiorum nomi-
ne ſuſpiciendi, venerabiles, amandi! Vota nobiſcum nuncupa-
te, vt laetus populis ſuis diu interſit FRIDERICVS, Dux
Auguſtiſſimus, vt habeat Senatum fidelem, populum probum,
ac imperium ſecurum! Fauete dicturis laetiſſimo illo die hora
decima matutina, et praefentia veſtra, perquam nobis hono-
rifica demonſtrate, non ita abiecte apud nos ſentiri de manſue-
tioribus Muſis, vt non ſummi etiam Viri aliquam temporis
partem illis impendere ſoleant! P. P. Guſtrouiae die VII.
Novembr. A. R. M. S. clo lo CCLXXVI.









ducaeorum, altera Ph
 apud populum quam p
 tate. Grauiſſimae inter
 nentibus, erant diſſenſ
 ad hanc vitam eſſe redi
 tum poenas eſſe extime
 da opinabantur. Adu
 tamen legi ſcriptae a
 Sadducaeï ſpernebant.
 diſceptatio. Duplicem
 quaerent ſenſum, ali
 ditum, et rerum; Sa
 bant, praeter id, quo
 ctiones de tanti mome
 men librorum ſacroru
 Vtebantur potius eode
 interfuerunt ſacris, iſi
 biri ſunt in publicis co
 bus Pentateuchus et Pr
 rant Sadducaeï, et Pha
 none libris eum Saddu
 omnes et ſingulos exci
 atque ad Synagogas pa
 lus, auitrae religionis
 fouebat, omni ſacror
 tanquam homines, pe
 et Synagoga eieciſſet,
 plicium iuſſiſſet. Sed

ſo bedauert er doch
 den Jahren, als Her
 wuͤrdigen Gelehrten
 Spottereyen einzulaſ
 lehrten Welt ſchul
 Durch Spotten und
 durch Aufforderung
 in die Welt gebräcl
 cket worden. Und

Illi apud proceres, ha
 ebant gratia atque auctori
 , ad cultum diuinum perti
 ducaeï nullum mortuorum
 poſt corporis noſtri interi
 laque praemia eſſe ſperan
 iſſe Pharifaeï. Addebant
 , ore traditam, quam
 ne inter illos de legis ſenſu
 Pharifaeï in codice ſacro
 et verborum, alium recon
 tradere legem praecipie
 ſignificatur. Hae licet fa
 ter ſe decertarent, haud ta
 ſe iniurijs vexaſſe leguntur.
 t eadem Synagoga, iſdem
 bus, imo ſacerdotiis adhi
 daeorum religioſis, in qui
 ſcripta legebantur, vna ade
 titur quibuſdam modo e ca
 n tribuiſſent, quo Pharifaeï
 illus illis aditus ad templum,
 d erat verendum, ne popu
 , qui Pharifaeorum partes
 cio illis interdixiſſet, eoſque
 ionibus corruptos e templo
 d, ad grauiſſimum duci ſup
 qui ad famam aduerſariorum
 conta-

teol. Prof. Prim. und Gelehrter von
 t, ohne ſo vielen andern ebenfalls
 gegenen, ohne ſich in unanſtändige
 die Achtung, die man ſich in der ge
 Augen zu ſetzen, ſchreiben kann.
 ſch kurz und gut: Kopf ab! rufen,
 Arms, iſt nie Wahrheit und Lichte
 ieſelbe mit Blut und Nacht bede
 ans lieber himmlischer Vater!

